Ponatur ipsi CB æqualis BD. datum igitur est rectangulum CAD. est enim dictorum quadratorum excessus, ergo rectangulum CAD una cum quadrato ex BC est æquale duobus quadratis ex AB BC dempto ab ipsis quadrato ex BC. addatur utrisque quadratum ex BC. ergo rectangulum CAD una cum duobus quadratis ex BC est æquale quadratis ex AB BC. Itaque de quadratis ex AB BC dematur rectangulum CAD, erit quod relinquitur datum, cum utraque data sint, atque erit æquale duobus quadratis ex BC. quare & duo quadrata ex BC erunt data, & unum ipsorum. recta igitur linea BC, & idcirco ipsa AB data erit.

THEOREMA CCXIII. PROPOS. CCXXIX.

AB Sit AB æqualis BC, & DE æqualis EF, sitque vt CB ad BG, ita FE ad EH. Dico vt rectangulum AGB ad rectangulum BCG, ita esse rectangulum DHE ad rectangulum EFH.



C Quoniam enim vt CB ad BA, ita FE ad ED, vt autem CB ad BG, ita FE ad EH; erit
D & vt quadratum ex AG ad rectangulum AGB, ita quadratum ex DH ad rectangulum DHE. sed ut quadratum ex AG ad quadratum ex BC, ita quadratum ex DH ad
E quadratum ex EF: & vt quadratum ex BC ad rectangulum BCG, ita quadratum ex
F EF ad rectangulum EFH. ex æquali igitur vt rectangulum AGB ad rectangulum BCG, ita rectangulum DHE ad EFH rectangulum.

COMMENTARIVS.

A Sit AB æqualis BC] *græcus codex* ἔστω ἴση ἡ μὲν αβ τῇ γδ. *lege* τῇ γβ.

B Ita FE ad EH] *græcus codex* οὕτως ἡ θε πρὸς εζ. *lege* οὕτως ἡ ζε πρὸς εθ.

C Quoniam enim ut CB ad BA, ita FE ad ED] *Ego potius legendum censeo Quoniam ut AB ad BC, ita DE ad EF; & ita in græco codice corrigendum.*

D Erit & vt quadratum ex AG ad rectangulum AGB, ita quadratum ex DH ad rectangulum DHE] *Quoniam enim ut AB ad BC, ita DE ad EF, & ut CB ad BG, ita FE ad EH; erit ex*